

Incit hic oleum proprio de nomine dictum,  
Quod quam saepe fiat mortalibus utile curis,  
Nec meminisse potest hominum, nec dicere quisquam.  
Huic famosa suos opponunt lilia flores,  
Longius horum et jam spirans odor imbuuit auras.  
Sed si quis nivei carentia germina fructus  
Triverit, aspersi mirabitur illicet omnem  
Nectaris ille fidem celeri periisse meatu.  
Hoc quia virginitas fama subnixa beata  
Flore nitet, quam si nullus labor exigitarit  
Sordis, et illiciti non fregerit ardor amoris,  
Flagrat odore suo. Porro si gloria pessum  
Integritatis eat, fateor, mutabit odorem.  
Hæc duo namque probatilium generæ inclita florum  
Ecclesiæ summas signant per sæcula palmas  
Sanguine martyrii carpunt quæ dona rosarum,  
Liliaque in fidei gestant candore nitentis.  
O mater virgo, secundo germine mater,  
Virga fide intacta, sponsi de nomine sponsa,  
Sponsa, columba, domus, regina, fidelis amica,  
Bello carpe rosas, læta arripe lilia pace,  
Flos tibi sceptrigero venit generamine Jesse,

A Unicus antiquæ reparator stirpis et auctor.

Lilia qui verbis vitaque dicavit amoena,  
Morte rosas tingens, pacemque et prælia membris  
Liquit in orbe suis, virtutem amplexus utramque,  
Præmiaque ambobus servans æterna triumphis.

DICATIO OPUSCULI.

Hæc tibi servitii munuscula vilia parvi  
Strabo tuus, Grimalde pater doctissime, servus  
Pectore devoto, nullius ponderis offert.

Ut cum conceptu viridis conserderis horti  
Super opacatas frondenti germine malos,  
Persicus imparibus crines ubi dividit umbris,  
Dum tibi cana legunt tenera lanugine poma  
Ludentes pueri, schola lætabunda tuorum,  
Atque volis ingentia mala capacibus induit;

B Grandia conantes includere corpora palmis :  
Quo moneare habeas nostri pater alme laboris  
Dum relegis que dedo volens, interque legendum  
Ut vitiosa seces deposco, placentia firmes.  
Te Deus æterna faciat virtute virentem,  
Immarcescibilis palmam contingere vitæ;  
Hoc Pater, hoc Natus, hoc Spiritus annuat almus.

## APPENDIX

### AD OPERA WALAFRIDI STRABI

#### SERMO IN FESTO SANCTORUM OMNIUM.

(Vide inter S. Augustini Opera, Patrologiae tom. XXXIX, part. II, col. 2135, serm. n. 209.)

#### CARMEN DE S. MICHAEL

##### Walafrido abjudicandum.

Ad te confugio, Michael, tua numina posco,  
Eximum lumen mundi, qui vota precantum  
Suscipis, et placido perducis ad astra volatu,  
Præsidium cœleste ferens mortalibus ægris.  
Principio veriam tribuas peccata remittens  
Actibus aut verbis, aut solo noxia sensu;  
Mox animum corporus tuo medicamine cures,  
Vulnera restringens penitus variosque dolores  
Atque in pace domum soveas, mentemque per ævum  
Lætifices, cedant meliori tristia fotu.  
Tu generis, tu conjugii fiducia nostri.

Torqueat inde ruens nullus mea pectora casus,  
Avertas morbos, proprium aut consume periculum,  
Impendens arcere velis, viresque potentum

C Disjicias, rabido qui me livore fatigant.  
Non humilis pergam, nec vero inglorius ævum,  
Sed liqueat, quantum pro me tua dextera possit,  
Quæ quondam victamque dedit, famamque togato;  
Ipse gubernator rerum, mihi providus adsis,  
Impavidumque tegas, fortunatisque fovendum  
Consilii, majore gradu contingat honorum  
Illustræ justis operi sensuque beatum.  
Efficias ne dura famæ, aut turpis egestas  
Dedecis immergat; natis quos ipse dedisti  
Perpetuum dones cibum, firmamque salutem.  
Sim gratus, carusque meo semperque probandus  
Martiano, quem tu incolumem summo renitentem  
Fastigio, gravidus tutum defende periclis,  
Nunc ego nunc tristem cernam relinquere a cogar,

#### EPITAPHIUM GEROLDI COMITIS.

Mole sub hac magni servantur membra Geroldi,  
Hujus jura loci cunctis qui viribus auxit,  
Pannoniis vera Ecclesiæ pro pace peremptus,

<sup>a</sup> Forte re linquere disjunctim.

<sup>b</sup> Cæsus est in certamine contra Hunnos, anno

D Oppetiit sævo Septembribus ense Kalendis,  
Sideribusque animam dedit. Artus Saxo fidelis  
Abstulit, huc retulit dignoque hic clausit honore.

799. Vide librum de Visionibus Wettini, supra,  
col. 1063.